



Codex diplomaticus Brandenburgensis

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Supplementband und Schluß des ganzen Werkes bis auf die Register

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1865

III. Derselbe und der Propst zu Mildensee beanchrichtigen den Erzbischof
Albrecht zu Magdeburg, in welcher Weise der Bischof von Meißen
abgetreten und der Wahltag angesetzt sei, am 31. October 1229?

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55834](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55834)

tinēt utriusque predictarum ecclesie patronatus, conferuari mandauimus dicta ipsa, quoniam ad ius ipsius Monasterii specialiter pertinuisse dinoscitur negotium cause huius. Datum Magdeburg, Non. Octobris, Anno ab Incarnatione domini Millefimo Ducentesimo vicesimo Quinto, Pontificatus vero nostri anno Quarto.

Nach dem Original im K. Prov.-Archiv zu Magdeburg.

III. Derselbe und der Propst zu Mildensee benachrichtigen den Erzbischof Albrecht zu Magdeburg, in welcher Weise der Bischof von Meißen abgetreten und der Wahltag angefahrt sei, am 31. October 1229?

Reuerendo domino suo A., Magdeburgensis ecclesie Archiepiscopo, legato et Comiti Rom. G., dei miseratione Brandenburgensis Episcopus, h. de Myldense prepositus debitum omnimode subuentionis et reuerentie famulatum. Cessionem domini Misnensis Episcopi recepimus in hunc modum. Dominus Episcopus inbecillitate corporis prepeditus et forsitan rerum gerendarum coram nobis aliquo rubore suffusus ad diem non uenit indictum. Misit autem ad nos prepositum, decanum et Capitulum nomine procuratorio cum litteris procurationis continentibus, habiturum se per omnia ratum et firmum, quidquid idem suum Capitulum ipsum super negotio nobis commissio decerneret esse facturum. Misit et litteras cessionis, cessionem suam satis legitime continentem. Sane visum nobis extitit, non esse recipiendam huiusmodi cessionem propter plures causas Juris et consuetudinis a nobis propositas diligenter. Quocirca instante Capitulo modis omnibus et petente, ut ad saluationem status ecclesie cessionem ipsam non recusaremus accipere, Allegante nichilominus causas quasdam probabiles sui metus circa mobilitatem et mutabilitatem domini Episcopi propter eius familiam querulantem et promittente nobis in hoc facto fidem suam puram et sinceram negotii gestionem; Nos tandem uidimus expedire recipi cessionem, de consilio domini Magdeburgensis, qui presens nobis assedit. Verum ut cessio ipsa fortius firmaretur, Nos a Capitulo et Ministerialibus eiusdem Misnensis ecclesie tunc presentibus duo recepimus sacramenta, vnum de plene uoluntaria cessione, de qua suam expressit dominus Episcopus uoluntatem, quam se audisse ipso sacramento firmarunt, Altarum uero de manutenenda cessione huiusmodi et modis omnimodis defendenda, si forsitan tenera mobilitas et vaga mutabilitas domini Episcopi contrarium resonaret. Receptis itaque sacramentis recepimus cessionem per patentes litteras continentem eam expresse, litteras quoque procurationis recepimus in adminiculum euidentie huius facti. Sed et episcopale sigillum nobis facimus exhiberi, quod securi rumpi iussimus coram nobis, cuius vnam partem Capitulo reliquimus et uobis alteram presentamus. Hiis gestis Capitulo assignauimus terminum eligendi, diem uidelicet beati Andree Apostoli, infra quem uel etiam in quo ydoneam sibi pastorem eligerent gracia sancti spiritus inuocata, Et ipsi quidem hoc termino cum gratiarum actione recepto ad propria sunt reuersi. Actum halle, pridie Kal. Nouembris, in domo hospitem sancte marie Noui operis.

Aus dem Liber S. Mauritii im Herzogl. Landes-Archiv zu Bernburg f. 72 (Cop. IVa. f. 56 im K. Provinzial-Archiv zu Magdeburg).